



UNA VOCE VENETIA

Sabato dopo la Domenica seconda di Quaresima

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam *Luc. 15, 11-32*

IN ILLO témpore : Dixit Jesus pharisaéis et scribis parábolam istam : Homo quidam hábuit duos filios, et dixit adolescéntior ex illis patri : Pater, da mihi portiómem substántiæ, quæ me cóntingit. Et divisit illis substántiam. Et non post multos dies, congregátis ómnibus, adolescéntior filius péregre proféctus est in regiómem longínquam, et ibi dissipávit substántiam suam vivéndo luxurióse. Et postquam ómnia consummáset, facta est fames válda in regióne illa, et ipse cœpit egére. Et ábit, et adháesit uni civium regiómis illius. Et misit illum in villam suam, ut pásceret porcos. Et cupiébat implére ventrem suum de síliquis, quas porci manducábant : et nemo illi dabat. In se autem revérsus, dixit : Quanti mercennárii in domo patris mei abúndant pánibus, ego autem hic fame péreo? Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam ei : Pater, peccávi in cælum et coram te : jam non sum dignus vocari fílius tuus : fac me sicut unum de mercennáriis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsúus, et misericórdia motus est, et accúrrens cécidit super collum ejus, et osculátus est eum. Dixítque ei fílius : Pater, peccávi in cælum et coram te, jam non sum dignus vocari fílius tuus. Dixit autem pater ad servos suos : Cito proférte stolam primam, et indúite illum, et date ánulum in manum ejus, et calceaménta in pedes ejus : et addúcite vítulum saginátum et occídite, et manducémus et epulémur, quia hic fílius meus mórtuus erat, et revíxit : perferat, et invéntus est. Et cœpérunt epulári. Erat autem fílius ejus senior in agro : et cum veníret, et appropinquáret dómui, audívit symphóniam et chorum : et vocávit unum de servis, et interrogávit, quid hæc essent. Isque dixit illi : Frater tuus venit, et occídit pater tuus vítulum saginátum, quia salvum illum recépit. Indignéus est autem, et nolébat introíre. Pater ergo illíus egréssus, cœpit rogáre illum. At ille respóndens, dixit patri suo : Ecce, tot annis sérvio tibi, et numquam mandátum tuum præterívi, et numquam dedísti mihi hædum, ut cum amícis meis epulárer : sed postquam fílius tuus hic, qui devorávit substántiam suam cum meretricibus, venit, occidísti illi vítulum saginátum. At ipse dixit illi : Fili, tu semper mecum es, et ómnia mea tua sunt : epulári autem et gaudére oportébat, quia frater tuus hic mórtuus erat, et revíxit : perferat, et invéntus est.



Dal Vangelo secondo Luca *Luc. 15, 11-32*

IN QUEL tempo, Gesù disse ai Farisei e agli Scribi questa parabola: Un uomo aveva due figliuoli, e il minore di essi disse al padre: Padre, dammi la parte dei beni che mi tocca. Egli divise tra loro gli averi, e di lì a pochi giorni, messo il tutto insieme, il figliuolo minore se ne andò in paese lontano, ove dissipò tutto il suo, menando vita dissoluta. Dato che ebbe fondo a ogni cosa, fu gran carestia in quel paese, ed egli incominciò a sentire la miseria. Andò dunque a mettersi al servizio di uno dei cittadini del paese, il quale lo mandò ai suoi campi a custodir i porci. Desiderava egli di saziarsi delle carrube che mangiavano i porci; ma nessuno gliene dava. Rientrato allora in sé, disse: Quanti mercenari in casa di mio padre hanno pane in abbondanza, e io qui muoio di fame! Mi alzerò, andrò da mio padre, e gli dirò: Padre, ho peccato contro il cielo e contro di te: non sono più degno d'esser chiamato tuo figlio: trattami come uno dei tuoi mercenari. E alzatosi, andò da suo padre. Mentre egli era tuttora lontano, suo padre lo scorse; mosso a pietà, gli corse incontro, gli gettò le braccia al collo, e lo baciò. E il figliuolo gli disse: Padre, ho peccato contro il cielo e contro di te: non sono più degno di essere chiamato tuo figlio. Ma il padre disse ai suoi servi: Presto, mettete fuori la veste più preziosa, e rivestitenelo, mettetegli al dito l'anello e ai piedi i calzari: menate il vitello grasso, ed uccidetelo; si mangi e si banchetti; perché questo mio figlio era morto, ed è risuscitato; era perduto e si è ritrovato. E cominciarono a banchettare a banchettare. Ora il figliuolo maggiore era alla campagna: e nel ritorno, avvicinandosi a casa sentì concerti e balli: e chiamò uno dei servi, e gli domandò che fosse questo. Quegli rispose: È tornato tuo fratello, e tuo padre, perché lo ha riavuto sano, ha ammazzato il vitello grasso. Egli andò in collera e non voleva entrare. Il padre dunque uscì fuori, e cominciò a pregarlo. Ma quegli rispose: Son già tanti anni che ti servo e non ho mai trasgredito un tuo comando, e non mi hai dato mai un capretto, che me lo godessi coi miei amici: ma dacché è venuto questo tuo figliuolo, che ha divorato il suo con donne di mala vita, hai ammazzato per lui il vitello grasso. Ma il padre gli disse: Figlio, tu sei sempre con me, tutto quello che ho è tuo: ma era giusto banchettare e far festa, perché questo tuo fratello era morto ed è risuscitato, era perduto e si è ritrovato.